


ANN. XV. - N. 93

MM. JUNIO ET JULIO

AN. D. MCMXIV



PALAEASTRA LATINA

S U M M A R I U M

Horaciana,	ARRIETA
De studiis litterarum et humanitatis,	PARDINILLA
Neptunus,	GIRAL
De erratione Georgii Pelleterii pueri.	HABERL
O Fons Bandusiae,	CHAMORRO
Adjumenta grammaticalia,	MIR
Nova et Vetera,	MIR
Comentario al canto VI de la Ilfada,	RUIZ
Dialogus de oratoribus,	ORT.Z
Bibliographia,	TRISTANIUS
Curiosa et Jocosa,	CANALS, RAMOS, CONEJERO.

Ordinarii et Superiorum permissu

HÓRACIANA

“O tons Bandusiae!
splendidior vitro...”
(Od. III, 13, 1)

Bebía en el fanal
de la fuente Bandusia poesía...

El agua se reía
con risa de cristal...

Meditaba el poeta:

“¿Dónde vas atrevida
cantarina indiscreta
fugaz como la vida?...”

Y el agua... descendía
allá por la canal,
cantando cantarina
con risa de cristal...

Sombreado de encina
meditaba el poeta:

•Póstumo, qué fugaces
se deslizan los años...
No hay piedad que prometa
librar de desengaños
de arrugas pertinaces...
Y con pasos tenaces
la muerte nos va instando...

Y cantando... cantando...
el agua se reía
con bella algarabía...

“Para el romano quiero
la valentía fuerte
en contra el parto fiero...
Por la Patria la muerte
¡dulce y honrosa suerte!

Que al varón pertinaz
ni el rostro del tirano,
ni la rabia del noto le intimida,
ni de Jove la mano
cuando fulmina en haz

rayos enfurecida...
Si el orbe se arruina
impávido le biere en su rúina...”

Y las Ninfas locuaces, veleidasas,
cesaban en su juego...

Paso a paso... medrosas...
compostura discreta...
se han asentado luego
a los pies del poeta...

“Bandusia, fuente amada,
más que el cristal bruñida...
de mirto engalanada
copa de vino grana
bien tienes merecida...
un recental te inmolaré mañana...”

Dejé todo cuidado...
Y ahora recostado
a la sombra que teje aquesta encina
de flores coronado,
murmura cantarina...
Rancio Falerno apuraré a tu vera
mientras me lo permite la Hilandera...”

Horacio, amigo viejo,
en tus odas rebosa primavera...
espuma del añejo
Falerno... lisonjera
tu áurea medianía...
y la melancolía
de los años fugaces...
de la muerte que llega...”

Eres alma romana
vertida en forma griega...
tu pluma... ¡soberana!

Amado de la Musa...
¡Gran vate de Venus!

Aranjuez. JESÚS ARRIETA, S. J.

1 Cfr. pag. 89 hujus fasc.

PALAESTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 16 pes. in America et Philippinis insulis, et 17 pes. in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1049

De studiis litterarum et humanitatis

Sunt sane multi qui litteras humanioresque artes reprehendunt, atque injuria eos increpant, qui magnum ad haec studium et laborem conferunt, quippe tantam operam in re levi atque minime necessaria frustra esse dicitant. Quorum objurgatorum duplex ratio est. Alii namque omnino eloquentiam et litteratum dicendi modum repudiant planèque asseverant humanitatem et artes leviorum hominum oblectamenta esse, cum veritas quodam, per se, proprio splendore niteat, neque asciticio indigeat ornamento. Alii non usque eo procedunt; optimarum artium studium rejiciunt vel minime, immo nonnihil in eis studii et laboris ponendum esse concedunt, sed illam exquisitiorem diligentiam, illam concinnitatem et elegantiam singulorumque verborum delectum, quae ciceroniani praedicant, vituperant, saepiusque ea veritati et gravioribus disciplinis obesse putant. Quibus omnibus hoc loco respondere mihi proposui.

Atque illos facile est confutare, qui omnem eloquentiam, omnes artes liberaiores rejiciunt. Primum etenim, secundum Isocratem, hujuscce disciplinae locupletissimum auctorem et magistrum, ab iis quaero utrum eloquentiae usum vel abusum reprehendant? et quare eos laudent qui bene agere student, qui autem bene dicere volunt, eos increpitent? Nam si quorundam perversum studium queruntur atque ideo totam disciplinae rationem in vitio ponunt, quare non etiam virtutem, sapientiam, vires corporis aliaque hominis bona vituperent, cum saepissime iis multi abundantur? Quid? plerique, inquit, elationis et jactantiae causa haec studia prosequuntur. — Evidem fateor, sed ita, ut hoc quasi innatum et commune cum aliis optimis rebus vitium esse ducatur, cum pulcherrima quaeque hac saepe macula contaminetur; ne id quidem vitio rei verti debet, sed hominum. — At hocce, ita enim urgent, proprium est hujus artis, ut ea disertissimi sed sceleratissimi rerum perturbatores perniciosis quibusque hominum mentes infecerint, civitatibus exitium attulerint, florentissimas respuestas everterint. Audio. Verumtamen plus fuit eloquentia utilitati reipublicae quam damno. Quod ipsummet diu meditatus Cicero affirmat, eos coarguens qui nudam ac veluti infantem sapientiam satis esse ajunt. «*Sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium*

obesse plerumque (neque enim id insitiamur), prodesse nunquam. At quam non vi-
dent isti obrectatores eloquentiae vim et praestantiam! Eloquentia homines maxime
in vitae societate continentur, eā urbes aedificarunt, instituta, mores, leges ad optimam rationem conformati; ipsa duce qui summarum rerum gubernacula tenuerunt quique aliis imperitarunt, plurima eaque praeclara gesserunt. Hāc enim pulcherrima facinora suscepta, innumerabilia bella restincta, foedera firmata. Neque dicant, satis ad hanc omnia fuisse intimam animi sententiam utcumque verbis effe-
re, cum expressam tacitae cogitationis imaginem solum apta elocutio possit prodere,
ut, quo melius illa effetur eo validius in aliorum mentes influat, clariusque interioris speciei argumentum patefaciat. Hinc ille ipse litterarum patronus, Isocrates,
(*Ad Nicod.*) «dicere, inquit, ut oportet, optimum argumentum est internae sapientiae (τῶν φρεσὶν) et sermo sincerus et artus et rectus animi sinceri et ingenui imago est.» Quare homines laudantur qui alios elocutione praestant, cum omnia sermone ad-
ministrantur. Hoc enim alios docemus, monemus, hortamur, ad virtutem et omnem
humanitatem instruimus.

Quo circa Tullius «praecalarum, inquit, quidam mihi videtur adeptus is, qui
qua re homines bestiis praestent, ea in re hominibus ipsis antecellat.» (*De Invent.* 1,
4, 5). Atque mihi quidem, qui homines sapientia tantum valent, eam autem ornare
verbis nesciunt, ii, quasi aurum infestum videntur, terrae plenum, sine pretio, sine
lumine, sine nitore. Nihil aliis, neque civibus, neque amicis, neque necessariis, ne
suis quidem admodum prosunt. Non enim pro contione dicere possunt, nec de
rebus publicis disputare, nec valent quidquam in laudationibus, miserationibus, co-
hortationibus. Tum etiam inculti atque horridi ingenii homo, ineptus est ad res ges-
tas ornandas, atque ad omnem sapientiae rationem, omnem doctrinam, ut oportet,
tradendam, quae omnia omnino litterae et artes requirunt. «Pleni sunt, inquit Cicero
(*Pro Arch.* 6, 14), omnes libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum ve-
tustas, quae jacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet.» Illud nam-
que prorsus rejiciendum est, quod quidam ajunt, unamquamque disciplinam ita
esse ab aliis separatam, suisque argumentis et rationibus firmatam, ut nihil cetera-
rum auxilio indigeat, cum verius omnes quadam veluti cognatione inter se conti-
neantur, seseque mutuo adjuvent.

Sed illos etiam operae pretium est refellere, qui nimiam exquisitioremque di-
lignantiam fastidiunt, sibique persuadent limatus comptiusque dicendi scribendique
genus non ita esse in laude ponendum, et potius quam ad studia graviora valere iis
ipsis obesse. Ut igitur iis paululum obsequamur, fateamurque levia haec quae di-
cunt nihil ponderis addere veritati, tamen propter honestissimam animi relaxationem
propterque liberalissimum otium maximopere haec probare et amplecti debeat.
«Haec studia, ait Cicero (*Pro Arch.* 7, 16), adolescentiam alunt, senectutem oblec-
tant, secundas res ornant, alversis perfugium ac solacium praebent; deleant domi,
non impediunt foris; pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.» At non solum,
quod animum relaxent, haec studia magni aestimari debent, sed quod eum etiam
cultiorem humanioremque efficiant.

... Ingenuas didicisse fideliter artes

Emollit mores nec sinit esse feros. (OVID. *Pont.* 2, 9, 47).

Qua, homines, praeclara indole, ceterorum sibi conciliant amorem, benevolentiam, caritatem, atque hoc veluti lenocinio durissima corda permulcentur; persaepe autem evenit ut, qui viribus ac robore corporis praeſtiterint optimarum artium incitamento vieti sint:

Graecia capta ferum victorem cepit et artes

Intulit agresti Latio (HORAT. *Epist.* 2, 1, 156).

(*Ad proximum numerum*).

EMMANUEL PARDINILLA, C. M. F.

NEPTUNUS

Neptunus apud Graecos et Etruscos cunctarum aquarum deus nuncupatur (Νόστιδῶν) quasi undis percutiens et ab Homero terram quatiens ('Ενυοῖς·γαῖας). Saepe etiam Neptuni nomine, mare, aquae mundi oceanusque designantur.

Fuit, juxta veteres, Saturni et Cibeles filius, ejusque fratres Juppiter, Pluto, Vesta, Juno, Ceresque fuerunt. Expulso Saturno e regno, tres fratres per sortem universi imperium inter se diviserunt, Neptunus marium regiones comparavit.

Nobile cum Minerva certamen habuit, in quo a dea vixsus traditur. Trojam quoque muris cinxisse fertur, sed cum Laomēdon perjurus pactam mercedem obmoenia exſtruenda illi praebere detraetaret, Neptunus, ira incensus, ad urbem vexandam aquam immisit et cetum. Latonam vero contra Pythonem defendit, eamque in insulam Ortygiam abscondit. Periclymenum, Niōbes filium, in aquilae speciem commutavit, et ita a fratribus caede liberavit. Praecipuas denique partes in bellis Trojano et Punico secundo, ut ex Graecis et Romanis poëtis constat, habuit.

Templa, sacerdotes, dies festi ludique in ejus honorem instituta fuerunt, qui ludi in circis celebrabantur et Neptunalia vocabantur. Inter celebriora ejusdem tempa, quod a Cn. Domitio in Circo Flaminio erectum fuit, recensetur, ubi equeſtres fiebant exercitationes. Prope, basilica Posidonion erat cuius undecim exſtant columnae. Sed praecipue in mari colebatur ubi regiam habebat, eique quae reperiebant navigantes in aquis, studiose dicabant.

In artis antiquae monumentis cum tridente repræsentatur, quo terram percutiens equum exſtare facit; subinde etiam delphino innatans super undas vel in curru ab hippocampis veſtus.

JOS. M. GIRAL, C. M. F.

De erratione Georgii Pelleterii pueri

XIV. — Sic duo viatores nostri inopinati inlati in elegantem currum, calefactum et illuminatum, sedentes in furtis sessibus cum quadam inter se adspiebant admiratione; neque minori admirationi erant vectorum ejusdem currus frequentiae. Quae hominum admiratio nonnihil aucta est, cum officialis ingressos pueros sine tessera certior, ex androne progressus ad currus ostium lustratos oculis pueros —qui adhuc tegebantur vestitu quo ipse facile imagineris— interrogasset, quoniam iter intenderent. Georgius, qui infeliciter documenta sua reliquerat in manu istius digarii, sed optime memoria tenebat omnia, quae in illa schedula scripserat, ingenue et suo modo pronuntians respondit nomen urbis, quo ducendus Tommius esset, ut suae restitueretur matri. Officialis adstricta fronte jussit sibi iterum dici nomen atque tertium; postea errantibus oculis interrogat videntes, intellexissentne nomen. Tum homo aetate jam proiectior enuntiato nomine sicut oportebat anglice, interrogat vultu significans incertitudinem, puerum, qui nimis non intellegebat. Sed cum homo nomen nobilissimae urbis descripsisset in scida chartacea et hanc Georgii oculis subjecisset, hic prominente ex oculis gaudio eam ipsam urbem esse ait, quo cum Tommio sibi esset properandum. Sed ista urbs urbs est Angliae —exclamat ille—neque videntur duo mendici tam longum suscipere posse iter. Hic officialis composito vultu interrogat: Habetisne syngraphos? Eam miratus interrogationem Georgius negat ullum se habere syngraphum. Tum officialis abit quatiens caput et verba murmurans, quae non intellegebantur ulli.

Paulo post redit comitatus aliis duobus hominibus, ex quibus unus moderator illius traminis erat, alter, junior annis, curator securitatis, qui pueros se sequi jusserunt. Longis transitis foris complurium curruum venerunt ad currum minus amplus, sed ceteris politiore, secundi certe aut primi ordinis, vacuum hominibus. Illi homines cum assedissent, coeperunt percontari pueros.

Tum audientes quae narrabat Georgius non semel certe mirati sunt hæc et essent illa, an vera, quae tamen a Georgio non clara fusa sunt, ut facile intellegentur; loquebatur uti sciebat loqui, et ut si nobis loqueretur. Sed hoc tamen effectum erat illa inquisitione duos pueros aut partes agere in implicatione rerum non modica, quas cognoscere accuratius spectaret ad publicae disciplinae magistros, aut esse versatissimos fandi factores. Postremo visum est, ut pueri, simul ventum Lugdunum essent, reliquo curru ducerentur ad praefecturam disciplinae: ibi omnia posse illustrari et explicari. Deinde conspicati Tommioli lassitudinem et eum metum, quem verbis suis excitatum vultus prodebat Georgii, homines illi oratione amica consolari pueros coeperunt et eorum erigere animum. Licere eis interea manere tranquillis in eo curru quo duarum horarum spatio perferrentur Lugdunum, et post eas, quas essent experti, turbines jam sine perturbationibus conquiescere. Et exstincta luce clara alteram tenuorem accenderunt, quae per se somnum suaderet, statimque egredi ista aede clauerunt ostium. Tum vero in molli jacentes lecticula tempore simul et motu tramentario agitati uterque, prior Tommiolus, paucis minutis conspiuntur.

Et fuit is somnus vere recreatorius non interruptus aut turbatus somniis vel formidolosis suppressionibus, et, id quod majus est, expers minarum periculorumque, quae innocentes pueri mirum in modum evitaverant.

Neque vero minus placide post tot noctes insomnes, somnus descendit in duas domos longissime inter se et spatio disjunctas et sociali condicione dispare, sed tum simili junctas sollicitudine; in casulam impositam colli Montis Ferrati, ubi litterae redditae parochio tandem lucem afferre coeperunt longiturnis tenebris atque finem imponere miserabilibus materni cordis angustiis; in sumptuosum palatum Viae Nelsoniae, ubi quaedam mater jam nonum annum exspectabat nuntium, quod aliquando venturum illi praesagiebat animus contra tot contrarias multorum multarumque voces. Quae ea ipsa nocte in somnis vidit unde gaudere atque sperare coepit: Jucunda feminae facies, ea ipsa quam exprimebat imaguncula, quam amica catholica ei miserat, ante quam illa, cum esset protestantica, fervidissimas concipiebat preces, eam ipsam faciem videre visa est venientem sibi obviam, manu tenentem puerum flavescentem cincinnato capillo, Bobbiuum suum, pie sibi tendentem brachia.

Pervium interea tramen immergi cooperat luminibus praestringentibus intuentium oculos stationis Lugdunensis, dum pueri nostri adhuc suaviter dormiunt. Plane piget eos nunc excitare, inquit minister qui introgressus aedem erat; sed tamen... quoniam opus est. Et quam poterat lenissime excutiens pueros: Venimus, inquit, Lugdunum, me nunc sequimini. Adhuc pleni somno, captis omnibus istis luminibus oculis, clamorosa frequentia magnae stationis obtusa mente pueri, datis inter se manibus, muti secuti ducem sunt, qui post longum circuitum andronum subterraneorum et oecorum bene illuminatorum introducti in diaetam sunt jussique exspectare. Brevi dux ex contigua camera reversus invitat ut secum procederent. Deducuntur ad hominem vitratum oculos qui eos intentis satisque severis obtutibus lustrat, deinde, pauca cum ex eis quaesiisset, advocat apparitorem, ut pueri educerentur, mandat. Diga vehuntur in urbem usque ad magnum quoddam aedificium, cuius etiamtum lucebant lumina. Eo cum ventum esset, apparitor egressus pueros se sequi jubet. Num in carcerem? inquies. Nil timueris! In hospitale deversorium, magnum, nocturnum ducti sunt. Unus illorum famulorum paucis verbis ejus qui eos advexerat, exceptit pueros et per scalas duxit in cameram, ubi duo lectuli eos invitabant ad continuandum somnum, quem in curru ferroviario interrupserint. Et brevi cubantes inter linteamina lectorum arctissimum somnum recuperaverant.

Et jam alti sol tenebat caeli iter, cum pueri nostri nondum ipsi expergefacti excitantur ab eo famulo, qui nocte eos receperat. Qui vestitos deduxit ad exedram, quae plano pede erat, ubi invenerunt duas super mensa scutellas coffeae et lac projectaculo, et duos custodes, qui eos exspectabant ut post jentaculum ducerent ad officium disciplinae publicae. Georgius autem jam miserat timere custodes, et ea, qua modo tractabatur humanitate factum est, ut in locum timoris et odii succederet jucunda animi tranquillitas et securitatis sensus, cui jam persuasum esset sibi, quamdiu cum Tommio comitus custodibus publicis esset, nihil imminere periculi ab illis nefariis, qui se non semel tenuissent in manibus, contra, se bonam concipere

spem posse, sicut in feriovia claris verbis demonstratum esset, tantum per officium disciplinae reductum ad matrem Tommum et se postea viam repertum Italiae atque casae, ubi se sui exspectarent. Itaque libenter sumpserunt appositos cibos, recreati relevatique etiam post defatigationem perturbationesque superioris noctis, redditia, post evitata feliciter pericula, tranquillitate.

Cum jentassent portati diga sunt in median urbem ad palatium, et per concursantes ultro citroque custodes omnium generum introduci in officium praefecti disciplinae. Qui hortatur Georgium, ut sibi rem universam, quam aliis custodibus jam narrasset, de integro exponeret. Georgius tranquillo tandem animo potuit clare ordinateque renarrare seriem eventuum, quos supra scripsimus, et quidem, vano liber timore, exorsus ab errorum principio, a suscepta fuga et e collegio digressu. Loquebatur italicice, sed videbat praefectum bene assequi omnia, qui etiam eadem lingua usus identidem interrogabat, qua re animo pueri non modica addebat fiducia. Dum loquitur alius quispiam, qui ad mensam sedebat, ea quae dicebat excipiebat calamo, et interdum jussit sibi singula repeti. Sic accuratius indicare jussus est locum ubi cingarorum plaustrum reliquisset, et in ipso plaustro locum, ubi vidisset et invenisset fasciculum tegentem ephemericem et Tommii comam, locum illius tabernae unde auxiliante femina profugissent, alia. Peroratio haec fuit, ut referret ex memoria, quae ex illa ephemericide exscriperat indicia, ubi habitaret mater Tommii.

Praefectus collaudabat pueri sinceritatem ejus confirmans animum, pollicitus effectum se, ut paucis diebus intermissis Tommum deduceret ad suam mammam, ipse postea reverteretur in Italiam. Interea jussit pueros duci ad negotiatorem vestiarium, ubi mutarent viles quibus tegebantur pannos in purum vestitum decentemque. Et alia mandat per telephonum, blandiensque paterne duobus parvis heroibus suis, nam sic eos appellabat, dixit Lugduni in paucos necessariae expectationis dies gratum atque securum curare velle refugium.

Paucis horis post par amicorum ita mutati erant, ut vix agnovissetis et vos, qui haec legitis. Nam grato perpurgati balneo ferramentum subierant tonsoris, manibus deinde permissi humanissimae feminae de integro induiti sunt elegantissimum vestitum, quo puerilis eorum venustas tamquam in meliore collocata lumine est. Itaque mirati et ipsi inter se aliquantis per adspiciebant; tum vero saltare coepérunt gaudio certi se cum sordibus pannorum fugae suae exuisse timores et angustias diem superiorum. Quorum paulo post etiam audita est admiratio, et Georgii magis, cum digni officii vesti ad institutum invenerunt sacerdotem Italum eundemque Salesianum. Nam id pueri intellexerunt cum ingressi in porticum, ubi multi pueri circumagebantur, conspicati sunt pulchram statuam Deiparae Auxiliatricis, eandem, quae ridebat ex quadrula Georgii, quae tantas habuisset partes in ejus erroribus. Quo affectu animo duo viserint caram effigiem, ipse imaginare. Sacerdos a praefecto disciplinae jam edoctus de profugorum casu magna cum bonitate adventantes recepit instituto, quod ipsum derelictis pueris patebat asylum. Quam vero nostri grato animo vespere in sacello junctas manus tendebant imagini illius, quae eos in anxia fuga errantes uti vera mater protexerat!

Sed vix spatum tridui fuerunt in isto pacis et laetitiae habitaculo. Georgius denuo litteras dedit ad suos prudenter reticita recenti conversione fortunae, ne frusta perturbarentur animi: Se e Tauriensi Salesianorum collegio fugisse, ut in Lugdunense deferretur, ubi secum optime agi et se sperare brevi ad illos reversum narraturum omnia, quae epistulari brevitate colligi non possent. **H**o fateamur oportet eam epistulam longiusculam fuisse futuram. Neque minus longa facta esset illa quam scribere potuisset aliquot hebdomadis post de illis rebus, quas adhuc visurus erat, si scripsisset epistulam, non ipse...

ANDREAS HABERL, S. V. D.

O Fons Bandusiae (HOR. 3, 13)

O fons Bandusiae splendidior vitro,
dulci digne mero non sine floribus,
eras donaberis haedo,
cui frons turgida cornibus
primis et venerem et proelia destinat.
Frustra, nam gelidos inficiet tibi
rubro sanguine rivos
lascivi suboles gregis.

Te flagrantis atrox hora Caniculae
nescit tangere, tu frigus amabile
fessis vomere tauris
praebebas et pecori vago.

ries nobilium tu quoque fontium
me dicente cavis impositam ilicem
saxis, unde loquaces
lymphae desiliunt tuae.

A la fuente de Bandusia

*Ob fuente de Bandusia
clara como el cristal más transparente;
el dulce don de Baco
y el del rosal mereces;
un cabrito, mañana, be de ofrecerte.*

*Los duros pitoncillos que le apuntan
en la túrgida frente
destinánle al amor y a las peleas.
Pero en vano. Ha de teñir en breve
tus aguas con su sangre,
legado retozón de su progenie.*

*El rayo abrasador de la Canícula
tu bondó venero penetrar no puede
y brindas tu frescura deleitosa
a los rendidos bueyes
y al sediento rebaño vagabundo.
Mas a todas las fuentes*

*has de ganar tú en gloria,
así que en mis canciones yo celebre
la corpulenta encina
que con su grata sombra te protege,
crecida entre las peñas de que fluye,
cantando claridades, tu corriente.*

BONIFACIO CHAMORRO

«**60 ODAS DE HORACIO**», *texto latino y verso castellano por BONIFACIO CHAMORRO*, Gráficas Afrosidio Aguado, Barquillo, 4; Madrid, 187, p., 7 ptas.

Horatium, amabilem poétam studiose legere atque interpretari appetis, benevole lector?
En tibi 60 carmina, ea que nobilia cum versione hispanica a Dno. B. CHAMORRO versibus
translata; mentem, verba, carmina Venusini vatis aptissime ac fideliter numero et verbis auctor
interpretatur. Lege, et ipsum Horatium certo audies.

Adjumenta Grammaticalia

IX. — Consecutio temporum

I. — Consecutio temporum docet quo tempore subjunctivi efferendum sit verbum orationis secundarum, a primario pendens.

LEGES: A) Tempus primarium orationis primariae requirit etiam tempus primarium in oratione subordinata. B) Tempus secundarium orationis primariae postulat tempus secundarium in oratione subordinata:

Tempora primaria	{ praeſens, perfect. logicum ({= praeſens}), fut. sim- plex, fut. perfectum.	Tempora secundaria	{ imperfect., perfectum (= aorist. gr.), plusquam- perfectum.

II. — Subordinata subjunctiva pendens ab indicativo (vel imperativo).

t. primarium = *t. primarium*

t. secundar. = *t. secund.*

Scio, / quid agas: simul fit cum primaria: quid ageres / ignor-
novi, / narrabis, quid egeris: prius fit quam primaria: quid egisses / bam,
narraudi, / quid acturus sis: fit post primariam: quid acturus esces / narrare
narravi

a) Nota duplceil: perfecti constructionem juxta sensum vel res-
pondentis perfecto logico (seu praeſenti = he terminado), vel
perfecto (=terminé): Saepe expertus sum quantum me amares (perf.
aorist.). Oblitus sum quid initio dixerim (tengo olvidado = praeſ.).

b) Praesens historicum (et litterarium, quod in sententīs, ceteris,
usurpat). haberi potest ut tempus primariorum vel secunda-
riorum, et apud historicos saepe promiscue adhibetur: Imperat
ut Helvetios ire patientur (praeſ.). Virgis ne caederetur (imperf.), monet, ut
caveat (praeſ.).

c) Si tamen oratio subordinata praecedit praeſenti historico, juxta
grammaticos, in classicis scriptoribus, adhibetur imperf.
subjunctivi: Tum ut oppidum caperent, eos hortatur.

d) Infinitivus historicus respondet imperfecto et ideo fere tempus
secundarium requirit; rarius tamen invenies tempus prima-
rium: Hortari ut semper intenti essent.

e) Periphrastica activa [=narr quid acturus sis] adhibetur in interrogati-
vitis indirectis. In orationibus quae pendent a dubito quin
[hoc facturus sis], sequitur ut, cum (causale), quasi in comparati-
va conditionali, sunt qui, quis est qui, nemo est qui in relativa
consecutiva.

NON ADHIBETUR (quamvis sensus sit rei futuroe):

a) in subjunctivo dubitativo, qui praeſens vel imperfectum orationis
independens retinet: Dubito quid agam (indep. = quid agam?). Du-
bitabam quid agerem (indep. = quid agerem?).

b) cum rem ut futuram non attendimus: in oratione finali et in
verbis timendi: Hoc dico ut te corrigas (=res futura; non ut cor-
recturus sis) Timebam ne me desereres (non: deserturus esces).
c) post vv. quaerere, dicere, imperare, constituere, praecipere, cura-
re, ceter.: cura ut valcas (venias). Rogavi ut venires (non: venturus esces).

III — Nota discriben inter locutionem Hisp. et Lat.

a) Post tempus primarium Latine perfectum adhibetur. Hispani-
ce etiam imperf. inventes: Nescio quid de me senseris (loq. pensabas,
pensaste).

b) Oratio interrogativa quae a tempore secundario vel perf.
logico, pendet, quamvis sententiam generalem proferat, quae
Hispanice praeſens requirit, Latine tamen imperfectum ex-
postulat: Quaesitum est, quid esset rhetorice (que sea, es). Flumina ipsa
senserunt quid esset amor (que es).

IV. — Subordinata subjunct. pendens ab alio subjunctivo.

Eadem valent leges atque in subordinata indicativi:

Nescio quid causae sit cur ad me nullas litteras { des
dederis
datus sis.

Nescio quid causae fuerit cur ad me nullas litteras { dares
esset dedisses
datus esces

a) Ut vides perfectum — etiam logicum — subjunctivi requirit
tempus secundarium [=fuerit cur non dares]; excipias tamen si
sensus habeat praeſentis: Meminerimus qui simus. Ne dubitaveris
(dudes) quin te amem.

b) Ceterum in sermone Latino perfecta est temporum consecutio

In imperfecto orationis optativae vel irrealis: Utinam scirem quid
sentires (sensisses) [non vero: sentias, senseris]. Scriberem quid sentirem [non:
quid sentiam].

V. — Si subordinata pendet ab infinito, participio, gerundio, supino, substantivo vel adjectivo: haec mutan- da sunt in orationem juxta sensum:

Puto	vivere	n. sapiens	ut edat et bibat	
neminem	vixisse	=vixit	ut ederet	
sapientem	victurum esse	=vivet	ut edat	
Socrates	vivere	=vivebat	ut ederet	
dicebat	vixisse	=vixerat	et biberet	
se non	victurum esse	=victurus erat		

Taceo Tacebam exspectans quid dicas (=qua exspecto quid dicas).

Legati veniunt oratum ut pax fiat (ut orent ut pax fiat).

N. B. Oratio subordinata — quae ex modorum attractione est
in subjunctivo, si ipsa ex perfecto subjunctivi vel perfecto
infiniti pendeat et verbum princeps sit in tempore primario—.
servat tempus quod haberet si perfectum subjunctivi vel infi-
nitii dependentia non essent: Constat Caesarem interfactum esse quod
rex esse volueris [non: voluisset; == C. interfactus est, quia voluit]. Contra
in tempore secundario = constabat Caesarem interfactum esse, quod
rex esse voluisset].

VI. — Ut futurum subjunctivi aliquo modo suppleant grammatici, sequentes proponunt loquendi rationes: a) pro fut. simplici activo in verbis supino parentibus; b) pro fut. simplici passivo; c) pro fut. perfecto activo; d) pro fut. perfecto pass.

ORAT. INDEP.: *Hoc facile dices.* — *A te baec res brevi conficietur.*

ADHIBETUR A CLASS. SCRIPT. PROPONUNTUR A GRAMMAT. SCRIPT
Puto fore ut hoc facile dicas Non dubito quin futurum sit
Putabam dices Non dubito quin hanc rem conjecturus sis Non dubito quin fut. sit
dubitabam dices ut hanc res a te conficiatur.

OR. INDEP.: *Brevi baec res conficeris.* — *Brevi baec res a te confecta erit*

c) Non dubito quin hanc rem conficeris Non dubito quin fut. sit ut
dubitabam confecisses hanc rem conficeris.

d) Non dubito quin haec res a te confecta sit Non dubito quin fut. sit ut
dubitabam esset haec res a te confecta sit.

VII. — In oratione dependenti subjunctiva quae alteri orationi
subjicitur, notio futuri exprimitur: a) per praeſens vel imperf.
— juxta temporum consecutionem — si futuro simplici activo
vel passivo respondet; b) per perfectum vel plusperf. subjunc-
tivi — juxta temporum consecutionem — si futuro perf. res
pondet: ORATIO INDEP: *Si hoc dices, errabis*

Non dubito quin erraturus sis si hoc dicas.
dubitabam eses dices.

Puto te erratum esse si hoc dicas.

Putabam dices.

Non dubito quin omnes te improbatu sint si hoc dixeris.
dubitabam essent dixisses.

Puto omnes te improbaturos (esse), si hoc dixeris.
putabam dixisses

In passiva similia exempla proferri possunt.

VIII. — Fere nunquam consecutioni temporum subjunc- tiuntur

1) sententiae restringentes: *Quod sciām (audierim, ceter.), frater nondū
venit.*

2) finales: *ut ita dicam, ne, ut non dicam.*


3) consecutivae praeſentis: *Deus sapienter mundum creavit, ut nihil per-
fectius cogitari possit.*

4) dubitativa, irreales, potent, praeteritae: *Nescio quid facrem: (In-
dep: quid facrem?*

Restant pauci alii casus minoris momenti, in quibus saepe libera est
CONSECUTIO.

JOSEPHUS M. MIR. C. M. F.

NOVA ET VETERA



PICTURA 5.^ª

JUVENTUS ET SENECTUS

SCAENA PRIMA. — NUPTIARUM EPULAE

1. — Adolescentes adoleverunt: ex his autem Johannes uxorem dicit. Nuptiarum epulis intersumus, quae circum eandem mensam utriusque conjugis familias congregat.

2. — Venit autumnus, mensisque september. Gelidus mensis octobris et novembbris ventus nondum viridi ornatu campos nudavit. Aurae vespertinae tepentes atque odore fragrantes sunt: ideo in trichila,⁸ quae viridarium prospicit, convivium paratum est.

3. — Procul est domus colli³ applicata, ubi Johannis parentes habitant: expositissima villula⁴ est in arborum frondibus latens. Venustae vineae, vinum exquisitum afferentes, per colli radices diffunduntur: viñtor eas colit atque curae habet.

4. — Supra vineas perdicu⁵ agmen⁶ volitant, saltuarii⁷ adventu territae. Hic vero, sclopetur sub brachio ferens et reticulum in transversum, cum cane⁸ dumeta perveſtigat; praedio invigilat atque impedimentum est quominus praedatores venerationem perdant.

5. — Extrinsecus in trichilz pergulana serpit, ex qua graves racemi uvae pendunt.

6. — Venusti autumni flores, qui mensam¹⁰ ornant, sunt chrysanthēma; novae nuptiae pater¹¹ in vestis ansa unum defert.

7. — Prandium, ad effectum spectat. Cibifer¹² secundam mensam sternit ac primae mensae vasa escaria: cochlearia¹³ fuscinulas,¹⁴ cultellos,¹⁵ lances,¹⁶ quibus opus non est, aufert.

8. — Omnes vultu hilari appārent et sponsi mater, leniter arridens liberosque inspiciens, suam exhibet felicitatem.

9. — Hae vero nuptiae duas divites loci familias conjungunt. Johannes, sponsus,¹⁸ filius est copiosi domini et praestantis artificis operosi gener evādit.

10. — Novi conjuges juniores sunt, quamquam jam pridē erant sponsi. Nova uxor,¹⁹ nomine Martha, bellissima est cum alba stola floribus mali aurei ornata.

11. — Ejus sacer²⁰ maximam capit voluptatem adeo bellulam nurum habendi et Johannis sacerdos,²¹ videns filiam adeo venustam, leniter arridet.

12. — In extrema mensa ceteri convivae,²² propinqui, amici, consobrini, consobrinae assident. Convivii instrutor,²³ mappam sub brachio gestans, sedulo cibos ministrat.

13. — Ad dextram mensae est dominūla,²⁴ novae nuptiae amica, deinde nuptiae frater qui et auspex²⁵ est: hic vero cum pronuba²⁶ garrit, quae ex hoc conjugio glos Marthae fit: bellissima est puella. Pretiosa exhibet monilia, baccatum monile, auream armillam.

14. — Vir iis proximus, qui stat et scyphum levat, familiae amicus²⁷ est. Testis est sponsi; propinationem profert et novis conjugibus salutem propinat eisque secundam fortunam deprecatur. Cataclista induitur officiosa, scil. ueste caudata, et calceis ceratis,²⁸ isque vir aviam²⁹ comitatur viduam.

15. — Juvenis, thorace caudato³⁰ indutus, delicato mystace nigro, est uxor Johannis frater.³⁰ Praestans est machinator et proximus adstat lepidissimae feminae adulescenti,³³ quae est soror major natu quam Martha et mater venustulae puellae. quae, apprehenso consobrini brachio, ad matrem accedit afferens florem eique faustum noctem auguratur. Quae (temina) elegantiores inaures et cultiores capillos gerit.

16. — Parvulus consobrinus, adeo lepide suppāro³⁶ et bracis constrictis³⁷ indutus, miserandus certo: est enim orbus;³⁵ patrem amisit puer. Patruus, qui caelebs mansit ut puerulum inflitueret illius est tutor:³⁸ probatissimus quidem est vir. Leviter est calvus ac valde lusciosus, ideo ocularibus utitur.

17. — Post convivas, in mensa manteli obtecta, mensa secunda ³⁹ apposita est. In lance fructuaria fructus vides: mala persica, ⁴⁰ pira, ⁴¹ mala, ⁴² armeniaca, ⁴³ uvas. ⁴⁴ Juxta sunt nux pinea Americae, ⁴⁵ libum, ⁴⁶ liquoris ⁴⁸ lagunculae et vini Campanici, ⁴⁹ cum acervo catillorum ⁴⁷ mundorum.

18. — Cellarius, ⁵⁰ qui mappam ⁵¹ sub bracchio gestat, veteris vini lagoenam ⁵² extrahaculo ⁵⁴ aperit: cortex ⁵³ vero difficile ad extrahendum videtur.

19. — Post prandium, viri in fumarium convenient, feminae vero ad choream se instruent.

VOCABULARIUM

- 8 trichila, ae, f., glorieta, véranda.
 1 villa, ae, f., quinta, casa de campo, maison de campagne, château.
 2 agmen, inis (avium), bandada (de pájaros), vol.
 5 saltuarius, ii, m., guardabosque, garde-chasse.
 8 *sclopetum, i, n., escopeta, fusil.
 9 reticulum, i, n., morral, carnesseière.
 11 praedator, oris, m., cazador furtivo (sin licencia), braconnier.
 pergulana, ae, (supl. vitis), parra, treille.
 7 racemus, i, m., racimo, grappe.
 9 chrysanthēmon, i, n., crisantemo, chrysanthème, - ansa (vestis), [+ ocellus], ojal, boutonnière.
 11 *cibifér, i, m., criado, camarero, domestique.
 secunda mensa, tragemāta, um, pl., postres, desserts.
 vas escarium, cubierto, couvert.
 14 coñileare, ris, n., cuchara, cuillère.
 12 fuscinula, ae, f., tenedor, fourchette.
 15 lanx, cis, f., fuente, plat.
 - artifex operosus, industriel, industriel.
 18 sponsus, i, m. (-sa. f.), prometido-a, fiancé.
 flos malii aurei, azabar, fleur d'oranger.
 23 instrutor convivii, maestresala, maître d'hôtel.
 24 domnula, ae, f., dominicella, ae, f., señorita, damoiselle.
 25 auspex, icis, (pronūbus, i, m.), padrino (de bodas), garçon d'honneur.
 26 pronuba, ae, f., madrina (de bodas), damoiselle d'honneur.
 monile baccatum, collar de perlas, collier de perles.
 monilia, ium, n. pl., joyas, bijoux.
- armilla, ae, f., brazalete, pulsera, bracelet.
 scyphus, i, m., copa, (verre), coupe.
 propinatio, onis, f., brindis, toast
 propinare, brindar, beber a la salud de.
 + cataclista officiosa, traje de etiqueta (de gala), costume de cérémonie.
 31 + vestis (seu thorax, cis, m.,) caudata, frac, habit.
 28 + calceus ceratus, zapato de charol, soulier vernis. [ceratura, ae, f., charol, vernis.]
 + machinator, oris, m., ingeniero, ingénieur.
 38 faustam noctem augurari, dar las buenas noches, souhaitier le bonsoir.
 inaures, ium, f. pl., pendientes, boucles d'oreille.
 capilli cultiores, tocado elegante, joli coiffure.
 36 + suppārum, i, n. [*pelusia, ae, blusa, ae], blusa, blouse. (1).
 37 + bracae constrictae seu alligatae, pantalón bombacho, culotte bouffante.
 luscitosus 3, (myops, ópis), miope, myope.
 *ocularia, ium, n. pl., anteojos, lentes, lunettes.
 mantèle, is, n., mantel, mappe
 + lanx fructuaria, fruteria, coupe.
 45 + nux pinea Americae (ananas, ae), piña americana, anana, ananas.
 46 libum, i, n., pastel, gâteau.
 48 + liquor, oris, m., licor, liqueur.
 49 vinum campanicum, champán, champagne.
 50 cellarius, promus, ii, m., despensero, bodeguero, sommelier.
 54 *extrahaculum, i, n., sacacorchos, tire bouchon.
 53 cortex, icis, m. (f.), obturamentum i, n., tapón, bouchon.
 57 + fumarium, ii, n., salón de fumar, fumadero, fumoir.

Versio Latina opusculi *Livret explicatif des Tableaux Delmas*, Editorum licentia prodit: iura proprietatis vindicantur.

(1) Cfr.: *Candidatum Latinum*, n. 6, p. 9; *Societatem Latinam*, 1933, 4, p. 59; et 1938-6, 2 p. 17; *Alman Romam*, 1929, 10, p. 154. — Blusa, ae, forsitan admitti valeat ex eo quod apud omnes fore gentes (gal., hisp., germ., portug., hung., cat., ital., angl.) vox inveniatur. Attamen potius probanda videtur pelusia si cum «Candidato Latino» evolutionem pelusia > plusia > blusia > blusa admittimus quae: tamen etymologia, quamvis incerta nobis remaneat, vocem libenter proferimus ex quadam res conexione: nam pelusii, a quibus vox pelusia deducitur, nobiles erant ob cultum lini: Cfr. Phaedr., 2; 5; «Cul tunica ex umeris linteo pelusio, Erat destricta».

I A I A Δ Ο Σ Ζ

45. λαβὼν γούνων], «tomándole de las rodillas», abrazándose a sus rodillas; es la actitud de suplicante; cf. A 500, etc. — ἐλλίσσετο], «le rogaba», de λισσόμαι (*λιτ-γομαι; cf. λιτή); la reduplicación λλ, como en τριλλιστος de Θ 488, supone el grupo *sl* en la raíz.

46. ζώγρει], «sálvame la vida» = ζῶντα ἀγε: de ζωγρέω «coger vivo» (ζῶος + ἀγρέω). — ἀξια], = τιμὰ «preciosos», no precisamente «justos», pues mal podía un prisionero poner el precio exacto de su vida. — δέξαι], «recibe», imp., no inf.

47. ἐν ἀργειοῦ πατρός]. No hay que suprir δόμος como determinante del gen.; éste tiene aquí su sentido propio de «caso del dominio o alcance» del sustantivo: «En el dominio de mi padre...» — κειμήλια], «omne genus immobilium bonorum»; lo que se atesora y guarda (κειμαι) por oposición a πρόθασις; cf. € 75.

48. πολύχυρτος]. «difícil de trabajar»; el hierro era metal precioso; sólo rara vez se emplea para las armas: Δ 123, punta de una flecha; H 141 una maza; N 844 un cuchillo. En la *Ilíada* se menciona el bronce 329 veces contra 23 del hierro; pero se trata de una tendencia arcaizante; en realidad, el poeta vive en plena edad del hierro.

51. ἄρα]. Consecutiva; la persuasión es consecuencia del discurso. — ἔπειθε] «persuadere incipiebat».

52. δι], «ya». — ἔμελλε δώσειν], «estaba para entregarle».

53. καταξέμεν], inf. final: «para llevarlo»; el preverbio κατά lo explica el SCHOL.: ἐν ταπεινῷ γάρ τὸ γάνταθμον, γί δὲ πόλις γί ἀνεμόεσσα. Nótese la «cesura báclica» en cuarto pie.

54. ὄμοκλήσας], «gritando», amenazándole: ἀπειλήσας (SCHOL.); de ὄμοκλέω.

55. ὡς πέπον], δε πέπων, fem. πέπειρα, «maduro»; el vocativo se dice en son de afecto y amistad y como vituperio; cf. B 253: ὡς πέπονες (= «cobardes») κάκ' ἐλέγχε' Ἀχαιοῖς, οὐχέτ' Ἀχαιοῖ]. La metáfora se toma del fruto; sabroso, si maduro; blanducho y malo, si se pasa.

56. γί τοι], «praeclare scilicet gesta tibi res est domi per Trojanos»; muchos favores debes a los troyanos, tú precisamente, para que andes en lástimas con ellos. Es preferible la lectura sin interrogación (VAN LEEUWEN), pues resalta más la amarga ironía de Agamemnón; γί afirmativa.

57. πρὸς Τρώων], «de parte de los troyanos». — αἰπύς], «escarpado»; como epíteto de ὅλεθρος «muerte», «violenta», por caer en ella como de un precipicio.

59. κοῦρον], «varón»; las mujeres serían llevadas cautivas y no habría que temer de ellas que reconstruyeran la ciudad, para mal de los helenos por venir. El poeta parece aprobar luego (62 αἰσψια παρειπόν) esta guerra de exterminio que aquí proclama Agamemnón. — μήδ' ὅς], «ni ése siquiera»: ὅς es aquí demostrativo.

60. Ἰλίου ἔξαπολοιατο], «perezcan de Ilión», sean exterminados; para el gen. cf. Σ 290: νῦν δὲ δὴ ἔξαπολωλε δόμων κειμήλια πολλὰ y u 356-7. — ἀκήδεστος].

• sin honras fúnebres», sin ser enterrados, ἐ τάφοις θάνατων; cf. ω 187: σώματ' ἀχήδεα, «sin enterrar». — ἀφαντού]. «sin dejar rastro», es decir, sin monumento ninguno que recuerde su memoria.

61. ἀδελφεό]. VULG. ἀδελφειοῦ, forma falsa, aunque atestiguada por los códices; el poeta dijo, sin duda, ἀδελφεοῦ, forma de genitivo que la métrica, de acuerdo con la gramática histórica, nos fuerza a restablecer.

62. αἰσημα]. «cosas justas», convenientes: καθίκυντα (SCHOL.). — παρειπων], «aconsejándole». — ἔθεν], «de sí», pues le tenía cogido por las rodillas: λαβών γούνων (45); ἔθεν de *εφεθεν, gen. eólico.

64. οὐτα], «hirió», aor. de *ουται, presente supuesto para explicar las formas οὐτα (3 pers. aor.), inf. οὐτάμεν(αι), part. οὐτάμενος. Las formas usuales de pres son οὐτάζω y οὐτάω. — λαπάργη], «costado». Nótese la escansión κατά (α larga). λαπάρην: — ἀνεπράπετο], «cayó de espaldas»: εἰς τούπισα ἔπεσεν ὅπτιος.

65. λάξ], «con el talón»; el vencedor pone su pie sobre el pecho del enemigo caído y le extrae la lanza, clavada, o le despoja de las armas; cf. E 620, II 863, N 618. De λάξ, λακτίζω, «calcitrare».

66. ἐκέκλετο] = παρεκέκλεύτο, «exhortaba»; aor. con reduplicación de κέκλαι, emparentado con κέλεύω. «mandar», etc.

68. ἐνάρων], «sobre los despojos», botín; de ἐναρη, «exuviae», sólo usado el pl. por indicar esencialmente conjunto de cosas. — ἐπιβαλλόμενος], «codicioso»; SCHOL. ἐπιθυμῶν, ἀντιποιούμενος; este sentido explica bien el gen. ἐνάρων; lit.: «echándose sobre».

70. καὶ τὰ], es decir, ἐναρη; sentido anafórico (de referencia a lo ya dicho) muy frecuente en el demostrativo ὁ, οἱ, τα. Hay un doble ac. en τὰ y νεκρούς del v. sig. — ἐκηλοι], «tranquilamente», construcción del tipo εὑδον πανηγύριοι, lat. «ibant obscuri...»

71. νεκρούς... τεθνητας]. pleonasmo, como en λ 491: νεκύεσσι καταφθιμένοις! ἀνάτασσεν. — συλήστε], nótese que antes dijo κτείνωμεν, primera pers.; el despojo, en cambio, de los vencidos, lo deja sólo para la tropa.

73. ἐνδα κεν...]. «Entonces los troyanos hubieran tenido que entrar otra vez en la ciudad, si Héleno no le hubiera dicho a Héctor...»; caso de condicional irreal. — ἀργιφίλων], «queridos de Ares», guerreros; para la forma del compuesto, cf. διψιλος. En ambos, oscila la escritura: Αργι φίλος y Διψιλος.

74. ἀναλκείης], ignavia domiti», «ignaviae celentes» (BOTHE). El pl. debe explicarse por la ἀνάλκη τοῦ μέτρου; VAN LEEUWEN: ἀναλκίηφι.

76. "Ελενος], famoso adivino, que representa en el campo troyano lo que Ulises en el griego, ἐπι οὐτοι μάλιστα ἐπι σοφίᾳ ἐν ἐκατέρῳ τῷ στρατεύματι εἰκήσασαν. (Paus. Eliac. prior, c. 22). — οχα] ἔξοχα, adv. que refuerza el superlativo.

77. πόνος], «el peso de la guerra»: labor bellicus. — ὄμηι], eól. = át. ὄμην. Nótese la psilosis.

DANIEL RUIZ BUENO, C. M. F.
Catedrático de Griego

Palaestra Exercitatoria

«DIALOGUS DE ORATORIBUS» CORNELII TACITI

Ut promissa persolvamus, ex locubrationibus quas in *Certamen PALAESTRAE LATINAE* ephebi contulerunt, sequentem proferimus, quae, utpote ab *alumno latinitatis confecta*, praemium admirationemque nostram meruit. — ACTUARIUS.

Hic dialogus *de oratoribus*, aureus in veteribus codicibus inscribitur, et a Marcellino Menéndez et Pelayo mirabilis appellatur. Hic liber, quo excepto, inquit Goelzer, nullus majus praebet oblectamentum et voluptatem, cum diu in occulto mansisset, tandem a monacho Henoch de Ascoli, anno 1455, apud monasterium Hersteld, in Hesse, una cum «De vita et moribus Julii Agricolae», «De origine, situ, moribus ac populis germanorum», cum libro «De viris illustribus» Suetonii est inventus. Nunc autem de ejus auctore et de re aliquid dicendum puto.

I). *Auctor.* Per tria saltem saecula aegre et acerrime de auctore dissentitur. Hodie voces fere quieverunt et uno *Tacito* tribuitur. Attamen nosler eximius Marcellinus Menéndez et Pelayo¹ Quintiliano cunctis viribus tribuerat.

Tacito vero eae rationes favent:

1). — Omnes transcriptiones ex libro manu scripto Tacito auctori assignant, quod quidem, nisi ipsi huic libro tribueretur, mirandum esset. Codex saeculi XIII est, quo tempore Tacitus orator erat prorsus incognitus; nec illi ergo tribueretur nisi in codice primaevō nomen Taciti contineretur.

2). — Sermo hic (dialogi) ab auctore exauditus, cum esset «juvenis admodum»,² quod si cum illis capitib⁹ XVII verbis sociatur «centum et viginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur», cum Cicero anno 43 a. Ch. n. sit interfectus, sermonem ad annum 77 p. Ch. n. adducendum existimamus. Auctor ergo anno 77 p. Ch. «juvenis admodum» esse debebat. Scribere ergo potuerunt vel Quintilianus, vel Tacitus, vel Plinius Minor, vel Suetonius.

Quintilianus, natus anno 35 p. Ch., 43 agebat annum, vir, non juvenis quidem. *Tacitus*, natus anno 54 p. Ch., annum 24 agebat. *Plinius*, natus anno 62, 16 agebat annum. *Suetonius*, junior quam *Plinius*. *Tacitus* tum temporis oratores assidue audiebat et in numero advocatorum numerabatur, et forsitan *Quintilianum* frequentabat.

3). — Inventum opus, ut diximus, in codice alia opera minora Taciti continente.

At huic sententiae adversatur differentia maxima stili Dialogi et operum Taciti. Quod facile perspicitur si aetatem et studia et magistros Taciti hoc in tempore consideramus. Lector assiduus Ciceronis sententias et rationes imitatur.

II). Sed veniamus ad rem et argumentum hujus libri. Sermo est inter plures. *Aper*, orator novarum rerum cupidus. *Maternus*, poëta tragicus. *Messalla*, orator

¹ Hist. de las Ideas Est. Tom. I, págs. 424 y ss. Ed. 1980.
² «Dialogus» Cap., I.

veterum amantissimus. *Secundus*, orator in neutram partem vergens, sed puri et pressi sermonis. *Auctor*, admodum juvenis, oratorum alumnus, audit, nec miscet verbum. In tres partes dividitur; quarum prima discrimen eloquentiam inter et poësim praebet; altera oratores veteres et novos comparat; tertia veras causas excidi eloquentiae monstrat.

1). — In priori parte facit auctor, post introductionem, Aprum praestantiam oratoriae artis probantem super poësim his rationibus: Nihil tutius, nihil utilius, nihil firmius in artibus est quam in eloquentia. Voluptates maximas oratoria parat, quod probatur exemplo ipsius Apri, Eprii Marcelli et Crispi Vibii. Carmina vero nec utilitatem nec dignitatem parant, sed tantum voluptatem brevem, inanem et infrustruosam. Poëtae quaedam elucubrare cupientes, in solitudinem secedunt.

Maternus vero ut praecelsam poësim celebret ad objectiones Apri haec respondet: Mea gloria, quamquam me oratorem vocas, e carminibus es. Mihi quidem placet in solitudinem secedere. Poëtae antiquiores fuerunt quam oratores. Detractores habent nullos quibus nec Cicero caruit. Malo secessum Vergilii quam consultum Ciceronis.

2). — Post haec in cubiculum Messalla, veteranum oratorum amantissimus, ingreditur; et Aper quominus a veteribus recedat, a Messalla reprehensus, sese his dictis defendit: Cicero et alii ejusdem temporis non sunt veteres quia vidi homines qui illos audire potuerunt. Veteres (Galba, Caelius, Cato, Carbo) rudes et informi sunt, quia non semper idem est cultus; quanto autem plures in dies res exiguntur in foro, tanto perfectiores debent oratores esse; nunc enim majora quam antea pertinet auditores. Perfecti oratoris conspectus.

3). — A Materno rogatus Messalla ut melius propositum exsequatur et de causis corruptae eloquentiae agat, has causas exponit: Incuria parentum erga pueros, qui non ab illis sed a servis vel nutricibus graecis instruuntur, cet. Eloquentia sicut flamma materia alitur; nunc vero... Forma veteranum etiam notanda, nam nullum habebant antiqui tempus ad judicia praefinitum, itaque semper parati erant. Antea libertas erat in quemlibet dicendi; cum autem alumna licentiae sit eloquentia, apud nos cecidit.

Antiquis, de civitate componenda, erat argumentum; nunc autem in humilibus causis versantur oratores.

Quaedam Messalla objicere cupiebat sed exacto die ad aliam relinquit contionem. Omnes inter se sunt amplexi, et laeti, cum arrisissent, discesserunt. His ergo verbis secunda enuntiatur pars Dialogi quae nemini hodie est nota.

ILDEPHONSIUS ORTIZ GARCIA

V i Cursus lat. auditor

Salmanticae, apud «Aspirantado Mtro. Avila».

BIBLIOGRAPHIA

D'ORS ALVARO. — *Cicerón, defensa del poeta Arquias; Cicerón, Defensa de Aulo Cecina*; Texto latino con introducción y comentario. Clásicos «Emérita», Madrid.

Per illustris Juris Romani Cathedraticus Dnus. Alvarus D'Ors duo edidit commentaria in M. Tullii orationes pro Archia et pro Caecina; quae quidem maxima et doctrina et eruditione instructa sunt, tum in ea, quae praemittitur copiosa et elaborata introductione, tum in his notis quae ad calcem apponuntur in discutiendis et interpretandis quae ad jus Romanum spectant, Alvarus noster maxime eruditum atque peritum se ipsum praebet; in rebus vero grammaticae, stilisticae, philologiae, in vero sententiarum sensu exponendo nihil amplius desideraveris.

Dum igitur ex iis cl. et docto viro gratulamur sincero animo maiores auguramur lauros.

SPES. — *Diccionario abreviado latino-español español-latino*. 11 x 17, 312 págs. con ilustraciones y mapas. Editorial Spes, Paseo Emperador Carlos I, 149, Barcelona, 1944, 14 ptas.

Est compendium dictionarii SPES quod in fasciculo 91 nuntiavimus. Voces, quae in primis latinitatis annis necessariae non sunt, quaedam omittuntur, regimen verborum et non nullae locutiones notantur, picturae et tabulae geographicæ librum jucundum parvulis lectoribus reddent. Non nulla in notis accentus et in vocibus *pinus*, *arere*, cet., emendari debent. — Minimis praincipue alumnis libellus emolumento esse poterit.

ECHAURI EUSTAQUIO. — *Lengua Latina, Sintaxis con apéndices de fonética, morfología, prosodia y métrica*; 384 p. Ediciones Atlas, Madrid, 1945, 25 ptas.

In fasciculo 91 p. 58 *Morphologiam Latinam* a Dn. E. Echauri confectam lectoribus nuntiavimus; in praesentia rum pergratum est nobis syntaxin editam referre. Ad quadringentas fere pagellas protrahitur liber, sed, ob typorum selectionem, lectu et facilis et oculis gratus est.

In hac syntaxi optima invenies omnia: divisiones, definitiones, ordinem, paradigmata — quae interdum proponuntur —, animadversiones, totam denique copiosam doctrinam, quae virum in his pertractandis et edocendis studiis maxime versatum atque eruditum ostendunt. Maximi praeterea momenti atque utilitatis erunt extrema operis capita, quae sunt de ambitu seu periodo latina de sententiarum ordine, de nominibus, de pecunia numeranda, de calendario, de notis seu siglis. Amplior denique, quae exponitur, doctrina de phonetica: de vocalium atque consonantium mutationibus; de morphologia: de casuum explicatione, de verborum flexione, de suffixis in vocibus derivatis cum selectis prosodiae et metricae notionibus scientificam evolutionem patefacit atque difficultates plurimas solvit. Nostri igitur alumni, superiori latinitati vacantes, selectam atque probatam grammaticam habebunt.

Nunc restat ut ejusdem clari scriptoris litterarum latinarum Historia denuo evulgetur et alla opera et graeca et latina.

J. M. TRISTANIUS, C. M. F.

Prodijit

VOX. *Diccionario General ilustrado de la Lengua Española*. Editorial SPES, Paseo del Emperador Carlos I, 149, Barcelona. 100 ptas.



Curiosa et jocosa



128. — RUSTICA ARGUTIA

CAROLUS:

Respic quod faciat giros autothraha
[segnis...]

PETRUS:

Hoc minime miror vina quod ille trahit.

Celsonae

129. — MIRA SOLlicitudo

VATES:

Heu! non invenio musam his in pingui-
[bus arvis]

RUSTICUS:
Eja, agel quaerenda est musa cohorte
[canum.]

A. M. CANALS, C. M. P.

130. — RHOMBUS ARITHMETICUS

Nota musicalis	4	7
Ingens aquarum extensio	4	5
Philosophus Romanus praeclarus	0	2
Adversarius	7	6
Filius Tiberii Caes. adoptivus	2	3
Dux Germanorum	5	3
Romanorum dictator	4	5
Mala	1	2
Moneta romana	5	0

(*Solutio in proximum num.*)

Alabonae

MICHAEL RAMOS, C. M. P.

131. — Duo amici sumptuosam humationem vident.

—Bombax! sex equi, et quale feretrum! Cum mortui simus, quomodo deducent nos?

—Cum pauperes simus, forte... ambulando.

132. Dominus insidens asino transit ante crucem, cuius in podio sedet quidam accola loci, isque coram viatore caput aperit.

—Ne aperias caput; non enim te, sed crucem saluto.

—Nec ego te, sed asinum

133. —Bone sutor, habesne calceos hunc?

—Quo numero utilius?

—Nondum habuit.

—Quomodo...?

—Semper excalceatus ambulavit.

Barbastri.

VALENTINUS CONEJERO, C. M. P